

Xenofulvius firmicornis n. sp.

Oblongo ovatus (♀), opacus, niger, capite fusco, clavo fusco-ochraceo, membrana fumosa, iridescente, vagina feminae obscure testacea; antennæ, rostrum pedesque fusco-nigra. Caput pronoto tertia parte angustius, vertice (♀) oculo vix triplo latiore, antennis dimidio corpore paullo longioribus, articulo secundo latitudine capitis longiore sed basi pronoti brevior, articulis duobus ultimis conjunctis secundo subæque longis, quarto tertio paullo brevior. Pronotum scutello duplo longius. Corium et clavus pilis brevissimis appressis caducis albidis vestita et præterea parce et breviter semierecte cinereo-pilosula. Long. ♀ 2.7 mm.

Luzon : Benguet, Baguio.

Fulvidius novemnotatus n. sp.

Ellipticus, subnitidus, transversim convexus, niger, angulis basalibus et macula basali media pronoti, macula apicali scutelli, macula corii prope medium suturae clavi, macula apicem clavorum et angulum apicalem anteriorem coriorum communiter occupante maculaque mox ante angulum apicalem anteriorem corii flavis, membrana nigricante, apice pallidiore, margine apicali acetabulorum posteriorum et orificiis dilute testaceis, ventre piceo; antennæ, rostrum pedesque fusco-picea, articulo primo antennarum, apice femorum, tibiis posterioribus apicem versus tarsisque posterioribus testaceis, coxis et trochanteribus livide testaceis; pronotum (callis exceptis) et corium cum clavo setulis appressis caducis subaureis vestita et dense punctulata, punctura clavi quam illa pronoti et corii fortiore. Caput pronoto tertia parte brevius, vertice (♀) oculo saltem duplo latiore, medio subtiliter sulcato, gula obliqua peristomio fere æque longa, articulo primo antennarum sat gracili, secundo primo paullulo angustiore et circiter duplo longiore, latitudine basali pronoti quarta parte brevior (art. duo ultimi desunt), articulo primo rostri basin capitis attingente, secundo primo longiore. Pronotum capite plus duplo latius, marginibus lateralibus et basali subrectis, callis magnis, modice convexis, subconfluentibus, solum medio sulco subtili disjunctis, sat longe ultra medium disci retrorsum extensis. Scutellum cum mesoscuto detecto dimidio pronoto distincte longius. Elytra apicem abdominis paullulum superantia, commissura clavi scutello cum mesoscuto tertia parte longiore, cuneo cum corio omnino coalito, cellula exteriori membrane interiori fere æque longa, sed angustiore. Pleura transversim subtiliter rugulosæ, parte posteriore propleura punctulata. Vagina feminae medium ventris superans. Coxæ anticæ longe ultra medium mesosterni extensæ, quam femora solum quarta parte breviores; femora